

Johannes Oldendorp

**De Emptione || et venditione redditu.|| Per Ioannem Oldendorp || apud
Gripeswaldenses || Legum Doctor.|| ... ||**

Frankfurt/Oder: Hanau, Johannes d.Ä., 1525

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1681101262>

Druck Freier  Zugang



Je-4490 <R>



<R>

**De Emptione
et venditione reddituū.**

Per Ioannem Oldendorp
apud Gripeſwaldenſes
Legum Doctore.

**Ne prudentiam tuam ma-
iorum decretis preponas.**

1525



ILLVSTRISSIMIS

ET IVXTA OPTIMIS PRINCIPI

bus & Dominis domino Georgio,

& domino Harnym Fratibus,

Stettinensiu Pomeranoru

Cassuborūq; ac Slauo


rū ducib; Rugie

principibus &

Guscouieliu

comiti-

bus



Ioannes Oldendorp legū doctor

.S. .D.

TAmetſi nō ignoro Illuſtriſſimi principes nō omnibus oīa nec ſemper cōuenire hoc tamen qualecūq; ſcribendū argumentum de reddituarijs contractibus neq; a veſtro ſplendore neq; a tēporaratione multū abhorret. Nam cū Principes nihil magis q̄ bonarū literarū maietas deceat tum vīdeo reddituū queſtionem inter ceteras rerū cōtrouerſias apud iuſtiſſimū tribunal vīm non poſtremam eſſe. Qua in re quidā exiſtimant eccleſiaſticis viris nullū oīno ius exigendū cōpetere ac quicquid fere habent incuſant quali vero in luſu talario dānoſo ſemp iactu ſuccūbentes oīa ſua in mediū conferre debeant cū alioqui ſcio ipſi nolint ſi

bi hanc miseram sortē. Vestrā autē prudentiā sic
nouī & sepe expertus sum / vt meū in ea causa exi-
le consiliū / nihil expectetis. Sed qđ ad me attinet
nō admitto hic iniquos interpretes. Neq; enī con-
tendo / neq; possum oēm clericorū causam defende-
re. si quid aduersus iuris rationē egerint / contraxe-
rintue. Ceterū hoc soleo peculiari quadā fidutiā
dicere / totū cleri ordinē ob vnus vel alterius cul-
pam possessione sua minime deijciendū / quin po-
tius priuata proprietatis questione licitū ab illicito
in iure discernendū esse. Idq; mecū fatent̄ adeo
q; gladio vindicandū censent illi / qui rē ecclesiasti-
cam latissime tractant. Equidē habeo mille testes
porro / conscientiā / me siue a clero siue ab alio con-
sultū in hac reddituarīa causa / nullo vnq; temporē
aliud respondisse aut responsurū / q̄ q; ex iure exi-
stimo pro exili eruditōe mea. Attamē homo sum
& hōibus loquor / immo & de re humana / que vt
variā est / ita facile hallucinari possum. Proinde
malui hunc libellū sub vestro splendidissimo no-
mine in publicū prodeuntē / censuris oīm / exēplo
Appellis expositū / sicubi aberratū est emendari.
Intrim quicquid in me est obsequiorū vobis / op-
timi ac Fraternalis cōcordia laudatissimi Principes
pro multis erga me magnificentijs / debeo. Valete
in Christo Fœlices. Ex academia vestra Griepes-
waldensi. Vndetricesima Septembris. Anno
M.D.XXV.

Aa ij

De Emptione & vendi tione Reddituum.

Redditus a reddendo dictos p
omni prouentu nunc vsurpari / sicut notū est
Ita forte nō omnes intelligunt quatenus licita sit
reddituum Emptio & Venditio apud nostrates
frequentissima. Intrim ne quis disputatiunculam
nostrā calūnietur / admonendi sumus in iure no
stro popositionē indubitātā ac veluti axioma cen
seri / q̄tum ad res mundanas attinet / ciuiles leges
de re certa latus / nec diuino iuri refragātes ab om
nibus tuta conscientia custodiri. & temeratores p
qualitate admissi puniendos esse. Sic docent iurist
periti cū Baldo in. l. Cum quis. C. De iur: et fact:
ignorant: in. l. Quidam cū testamentū. §. Illo vide
licet. C. De necessa: seru: heredi. instituen / Statu
ta quoq; particularia que iuri aut rationi nō refra
gantur eodē modo seruanda esse / censet interpre
s in. c. Que in ecclesiarū. in ver: Constituerunt. De
constituti: Baldo ibidem astipulante. ¶ Vnde
rursus colligūt / quemlibet iudicē cui causa scđm
conscientiā cōmittitur / oportere legū tenorē sequi
Accipienda enī est publica legislatorū / non priua
ta iudicantis conscientia. Quod & eleganter pbat
diuus Ambrosius referente Gratiano. iij. q. viij. c.
Iudicet Bonus iudex (inquit) nihil ex arbitrio
suo facit & proposito domesticę volūtatis / sed iux

ta leges & iura pronuntiat. statutis iuris obtēperat. non indulget proprię volūtati. Et paulo post Qui iudicat voluntati suę obtemperat nō debet. sed tenere quod legū est zc. ¶ Qz si quis horū virorū autoritatem vrcunq; putet eleuandam. audiamus Paulū Christi apostolū ad Ro. ij. ita dicentē. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nō est enī potestas nisi a deo. Que vero sunt potestates. a deo ordinate sunt. Ita q; qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt. ipsi sibi damnationē acquirunt zc. Et in eodē capi. Obediendū esse dicit nō solum propter iram. sed & propter conscientiā zc. Eodē pertinet q; sacra scrip. toties repetit. Regē honorādū esse. ¶ Verum huc non pertinet questio. num iudex scđm acta & probata potius q; scđm conscientiā pronūtiare debeat. cū aliud scit q; in iudicio ppositū est. vt tractatur in. l. Illicitas. §. Veritas. ff. De offiti. presi. Nā in iuditijs propter negationem aduersarij. factū plerūq; dubiū est. Hic autē loquimur de iure quod ex certo facto constitutū est. cuius obseruatio & iudici & oibus omniū ordinum hominibus segura est apud deum & homines.

¶ Ex his omnibus sequit. questionē emēdorū & vendendorū reddituū quandoquidē pecuniariā esse constat. nec in iure diuino reprobata ad iuris peritos. nō ad Theologos pertinere. sicut rectissime respondit Paulus de castro in consili. xix. citans testimonium Petri de Anchariano. ¶ Que oīa ideo pre
Aa iij

prefati sumus / vt secludamus calūniam eorū / quī
autoritatē humanarum constitutionū in his que
displicent / facile contēnunt. Proinde ne quis illud
objiciat mihi / Ne sutor vltra crepidam / quasi nō
meū agā interpretandi offitiū in hac questione.

De diuersis emendorum reddituū spetiebus.

Multę sunt speties emendorum & vendendo /
rum reddituum. Nam alias emuntur ad tē /
pus / puta decennium . Alias ad vitam ementis.
Alias in perpetuū . idq; dupliciter / aliquando cū
pacto redimendi / vt vocant / nōnunq; simpliciter /
pure & pleno iure. Alias deniq; census emptus ex
vniuerso vendentis patrimonio constituit. Videamus
quid statuatur ius in his quinq; spetiebus / ad
quas oēs alias redigi posse existimo.

Prima speties. Cum redditus emit ad ips
puta ad quinquenniū aut decenniū / an apud chri
stianos iure possit recipi / tractat Ioannes Andree
apud Speculatorē in tit. De vsur / allegans p emp
tore aliquot rationes Tandem & ipse nō dissentit
admodū alij interpretes in eam sententiā magis cō
cedunt / q; isti contractus cōparādorū reddituū tē
poranei / omnibus modis fugiēdi sint. Qd̄ & ego
verissimū puto. Nā proxime ad mutuū accedunt
qñquidē cōtrahentes initio statim intelligūt pe

cuniā datā cū incremēto ad emptorē reditūrā eſā
plo quinquēnio vſ decennio. Et ita dudū ex factō
conſultus reſpondi.

Secunda ſpecies vbi annuū prouetus vel
etiā alimēta ad vitā emptoris cōſueto p̄tio vēdun
tur. licita cenſet p̄libus doctoribus. precipue pro
pter incertitudinē. Nemo enī ſcire pōt q̄ diu victu
rus ſit emptor. Et cōſtat iuſtā incertitudinē excu
ſare cōtrahētes. nec vllā uſuraḡ ſuſpitionē admit
tere. *l. vlt. ij. & .iij. reſpon. De uſur.* Vnde donatio
annua ad vitā donatarij vtcūq; imēſa nō tñ req̄rit
inſinuationē. *l. Sancimus. §. Nos aut̄ oīa. C. de do
natio.* Incertus etenī inquit fortūe exitus hoc no
bis ſuggēſſit. vt poſſibile ſit vnus anni tātū modo
vſ breuioris vel etiā āplioris t̄p̄is metas ſup̄uiuere
zc. Sic & i hoc caſu n̄ r̄ctē cauſat̄ h̄eres ēptoris q̄
pancis ānis redditus ſ̄ alimēta p̄cepit. & cōtra vē
ditor nō r̄ctē icuſat̄ lōgeuā ēptoris vitā q̄ cito mo
ri potuiſſet. *l. argu. l. penul. C. de ſolut.* Vbi is q̄ fū
dū in ſolutū dederat. iniuſte petit id qd̄ p̄ iduſtriā
creditoris melior factus. aut forte pluris vēditus ē
fūdus. cōtrariū (inqt) nō poſtulatūrus. ſi minoris
p̄tij diſtraxiſſet. **C** Circa p̄tiū aut̄ i hoc redditua
rio cōtractu *Bal. in. l. Si p̄ puel. C. de inoffi. teſt.*
Et *in. l. Si ea pactio. C. De uſur.* recte docet habē
dā diligēter rationē cū cēſus vel alimēta ad vitā ali
cuius vēdūt̄. num iuuenis. an ſenex. vſ medię eta
tis ſit emptor. vt inde pretij modus ſtatuat̄ ſemp̄
reſpecta cōſuetudine cuiuſq; regiōis i q̄ cōtrahit̄.

Inuestigata autē etate tēporis . forma extat longe
pulcherrima scđm quā hominis vitam . utcūq; cō
ijcere licet . In . l. Hereditatum . ff. ad leg. falcidij .
A prima enī etate vsq; ad annū . xx. conijtiendum
est . xxx. annos victuz̄ emptorē . ab annis . xx. vsq;
ad annū . xxv. estimandū est . xxviij. annos victuz̄
& sic de ceteris . vt ibi Iurisconsultus vsq; ad annū
. lx. psequitur . Certius enī de hōis vita nihil est .
C Hic igitur errant & eo nomine tenent̄ . aliena
rū rerum administratores . qui ad vitā duorū . triū
veletia quatuor hominū . nulla etatis discretione
facta . redditus passim diuendūt . non idē fortassis
in rebus proprijs facturi . Sed propter obliuionez
charitatis euenit . vt in rebus alienis semper simus
liberales & parum curiosi .

Tertia species Quādo redditus in perpetu
um emunt̄ . adiecto pacto redimendi . seu retroven
dendi . vt dicunt . utrū sit licita . doctores tractant
in . l. j. C. De sūm: trini: & sid: catho: in . c. in ciuita
te . De vsur: ac alijs multis locis . Cōis aut̄ sentētia
est . Hunc contractū valere & apud christianos re
cte frequētari . modo iustū intercedat pretiū . idq;
iure gentiū . ciuili . & canonico probatū esse dicūt
Nam emptio & venditio celebratissimus iurisgē
tium contractus . & omniū legillatorz̄ . pōtificūq;
autoritate probatus . latissime patet omnibus om
niū ordinū hominibus . Qua ratione Imperator
reiecto veteri proximoz̄ priuilegio . cōcessit cuiq;
liberam vendendi potestatem . In . l. Dudū . C. De

contra: empti; Et ex diuerso quilibet potest emere
quando quidē inter emptorē & venditorē e qua est
relatio vt qd̄ recte vedit̄. idem bene sit emptum/
et contra argu: l. vlti. ff. De acceptila: Et. l. j. in fi:
C. De cupres: li. xj/ cū dicit. Et illo feriendo qui vē
dere arbores ausus est. quas non licet emptoribus
cōparare. Proinde sicut cuiq; libere est emere & vē
dere. ita oīm rerū quas quis habere. vel possidere.
vel persequi pōt. venditio recte fit. dicente Iuriscō
sulto in. l. Si in emptione. §. Omniū rerū. ff. De cō
trahen: emptio; Neq; enī corporales solū res. siue
mobiles. vt vestis. frumentū. siue se mouentes. ve
luti Bos equus. siue immobiles. puta domus. fun
dus. & ceterę id genus infinite. verū etiā incorpo
rales. sicut vsufructus. seruitus. & alia iura nostra
recte veneunt l. iij. ff. De vsufruct. §. vlt: instit: De
seruitut; Quinimo & fructus futuri & res oīno in
certę admittunt hunc cōtractū l. Nec emptio. ff.
de cōtrahen: emptio; Attamē (inquit) fructus &
partus futuri rectē emunt. vt cū editus esset partus
iam tūc cū cōtractū esset negotiū. venditio facta
intelligatur. Et paulo post. Aliqñ tam ē & sine re
venditio intelligitur. veluti cū quasi alea emitur.
Quod fit cū captus pisciū. vel auū. vel missiliū
emitur. Emptio enī contrahit̄ etiā si nihil incide
rit. quia spei emptio est zc. Accedit. l. Si factum
rhetis. ff. de actio: empt: Consequit̄ igitur necessa
riā ratione. iura reddituū seu prouentuū nostrorū
tota vel pro parte. citra vllū conscientie grauamen

Bb

emī ac vendī / adiecto pacto redimēdi / de quo in
lequenti titulo dicemus. Neq; enī locus euangelij
Luce. vj. ^{par. v. 17.} hic refragatur / qui de mutuo loquitur.

¶ Pretium aut̄ quatenus iustum sit / certā diffini
tionē non habet / quia varia sunt pretia rerū p̄ sin
gulas ciuitates regionesq; / immo & pecuniarū po
testas / non ubiq; eadē est / inquirente Iurisconsulto
in. l. Ideo in arbitrium. ff. De eo quod cer. loc. Pre
terea & tēporis viciissitudo mutationem quādam
hic introducīt / quandoq; ante aliquot annos / sin
guli prouentus multo minoris emebant̄ q̄ hodie /
Consuetudo igitur patrię / cum ratione temporis
cōferenda est ad diffinitionē iusti pretij / vt pbant
doctores in. l. j. C. De sum: trini: & fid: cathol. Et
in. c. In ciuitate. De vsur. Fere tamen in hoc cōsen
tiunt / tolerabile pretium videri / cum sex aut quīn
q; annua centenis veneunt.

¶ Hunc cōtractū
reddituariū olim quoq; vt nunc / a quibusdam in
controuersiam reuocatū / Romanus pōtifex Mar
tinus quintus / morum integritate cōmendatus /
edita constitutione licitum esse declarauit / cuius
autoritatem q̄ nonnulli conantur eleuare q̄q; nō
probem / attamē quid ad rem est? Nam ponamus
illam constitutionem nunq; fuisse factam / certe to
tā iuris ciuilis autoritatē a deo probatam / vtī su
perius dictum est admissuri essent in hoc contra
ct. i. Et est text. in aūc. vt hi qui ob: se habe: perhi:
res mī. s. Quod si mobiles colla. vj. ¶ Vnde rur
sus constat / emptores reddituū eodē iure quo con

tractus permittitur. etiã fructus suos facere. quot
quot annorum perceperint / nulla inter ciuiles &
ecclesiasticos viros constituenda differentia. cū quã
tum ad hanc rem attinet. in omniũ eque conscien
tius obseruatio iuris rita sit. Nemini autẽ dubiuz
est ad emptorem pertinere fructus rei que pericu
lo eius est. T. ij. in fi. ff. De in diẽ adiectio. l. Neces
sario. in princi. ff. De pericu: & cõmo: rei vendit:

C Proinde nõ mediocriter errant qui perceptos
singulorũ annorum prouentus in sortem suppu
tandos esse causantur. quasi pignoratitius contra
ctus sit. Certe in hac quã proposuimus spetie nul
la fors. sed alterũ pretium. alterũ merx est. ex qui
bus constat emptio & venditio. d. l. Necesario. in
princi. Et si (inquit) id quod venierit appareat
quid. quale. quantumue sit / & pretium. perfecta
est emptio zc. Nullum item pignus hic versatur.
sed emptio & venditio. cuius natura est. vt vendi
tor rem tradat. vel quasi tradat. & emptor pretiũ
numeret aut alio modo satisfaciãt. §. Venditẽ In
stit: De rer: diuisi: l. Quod vendidi. ff. De contra
hen. emptio: Pcius agunt qui prouentus plures vẽ
dunt. q̄ vere sint. aut semel venditos. iterum diuẽ
dunt. vel deniq; sic corrumpunt paulatim omnia
post factam venditionem. vt preter inane nomen
census emptori nihil obueniãt. qui omnes ob enu
meratas atq; alias id genus fraudes. iure possent
accusari. partim stellionatus. ptim falsitatis. l. iij
§. Sed & si quis. ff. De crimin: stelliona: l. un. ff. l.

Bb ij

Qui duobus. ff. ad leg. Cornel: de falsi. Non credo apud nostrates quemq̄ huius admissi reū fieri posse si qui tamē fuerint hi sequant̄ imperatore. In. l. j. in fi. C. de crimi. stelliona. Verū (inquit) securitati tue consules si ablato omnibus debito criminis instituendi causam peremeris. Pessime autē oīm publicę saluti consulunt qui redditus alienatos ab emptore percipiēdos ipsi exigūt & aliquot annis soluūt deinde paulatim aut diminuūt aut pro libitu transferunt vel etiā plane sibi vsurpāt. Qua in re nō solū fit aduersus emptionis & venditionis naturā agitur que alterutro inuito rescissionem aut immutationē nō admittit. l. iij. C. De rescinden: vendij. Verū etiā Christi lex offendit que rei alienę cōcupiscentiā adeo vetat taceo interceptionē. ¶ Sed hic audio quosdā hunc contractū reddituariū causari & pecuniarij cēsus plerumq; cōparant. Pecuniā autē dicūt publica forma ideo excussam vt reliquas res quibus nobis opus est emamus ceterū pecuniā non recte emi pecuniā. l. j. ff. De contra: emptio: l. Si ita fideiussor. ff. de fideiussor. Quia (inquit) non vt estimatio rerū que mercis numero habentur in pecuniā numerata fieri potest ita pecuniā quoq; merce estimanda est. Itaq; inferunt emptionē & venditionē proventus pecuniarij nullo iure fieri posse. Hec argumentatio fortassis a fronte pleroseq; falleret. Proinde sic respondeo. Non emitur principaliter pecuniā vt loquitur. l. d. l. Si ita fideiussor sed ius annuū percipi

piendę pecunię. Quod & contractus ipse, hoc est
& merx & pretium facile demonstrant. Quis enī
materiam ipam sex florenorū consideratā, mercis
loco, emat pretio centū aureorū? Ceterū si ius offe
ras singulis annis sex florenos percipiedi, inueni
es emptorē. Ius ergo annue perceptionis merx est
nō ipsa pecunia. Neq; enī inconueniens est in iure
contineri res corporales, & tamē ius ipm principa
liter considerari, nō corpora. §. Nec ad rem instit:
de reb: corpora. In hanc fere sententiā, sed parcissi
me diluit istam obiectionē Paulus de castro in cō
sili. xix. Quāq; alioquī causa, utilitatis multa sunt
tolerāda, sicut Romanus olim Senatus quasi vsū
fructū pecunię vel toto iure refragante, constituit
§. Constituit autē Instit: De vsū fructū. Sed, vt dic
tum est, in pecuniarijs redditibus emendis, ius ni
hil repugnat, ideoq; alijs suffragijs nō est opus.

Quarta species Cum simpliciter emuntur
& venduntur redditus, sine vlla cōuentione redē
tionis, expeditissima est omniū. Nemo enī recte
dubitauerit quoslibet prouentus perpetuo titulo
recte alienari.

Quinta & vltima species Cōparando
rum reddituū, vbi venditor ex vniuerso patrimo
nio suo emptum prouentū, singulis annis statō tē
pore se cōstituit soluturū, suspecta est doctoribus
& merito reprobata. Cū enī nulla merx sit que in
specie ad emptorē transferatur, videntur contrahē

Bb iij

res simulare potius quā ex animo velle emptionē & venditionem. que non nisi ex merce & pretio constat. ut supra probatum est. Et tractatur in. c. Illo De pignori. Preterea contractus iste nimis onerosus est venditori. qui maxima patrimonij parte pro casum destitutus. nihilo tamen minus debeat obligari usque ad ultimum denarium. etiam si fame periturus sit. Quid enim crudelius? Ex diuerso. plus equo delicatus atque securus est emptori. qui lucro plane incumbens. nullum periculum expectat. ut tenetur emptor. l. j. C. De peric. & como. rei vendit. Fugiendus ergo est omnino. nec video qua ratione nonnulli contractus reddituarij in ciuitatibus possint excusari ab usuraria foeditate.

De his que circa Emptionem reddituariam adijci solent a contrahentibus.

IN contractu emptionis & venditionis reddituum cum primis fit mentio heredum et successorum. Venditor enim civilis fatetur pro se & heredibus. Ecclesiasticus vero pro successoribus suis vendidisse puta sex florenorum redditus. ex tali villa vel alia re. Sempronio & heredibus suis successoribusque. Ratio est. ut significetur perpetuus alienationis titulus. ne forte cessatur venditus usus. ut etus qui morte usufructuarij finitur. §. Finitur autem. Institut. De usufruct.

Et propterea ubi ad vitam ementis tantum vendū
tur prouentus aut alimenta, detrahitur heredum
mentio. Idem tamen iuris est, si pretermiſſa here-
dum expreſſione, denotetur alio modo perpetua
emptio & venditio. Mam & in alijs pactis que cir-
ca hunc contractum adijci ſolent, etiam ſi contra-
hentes non meminerint heredum, profunt tamen
eis eadem pacta, per tacitam conuentionem. Quia
plerumq; tam heredibus noſtris q̄ nobiſmetiſſis
cauemus, inquit Iuriſconſultus in. l. Si pactum.
ff. De probatio. Quod & Pomponius probat in. l.
Si neceſſarias. §. De vedendo. ff. De pignora: actiſ
Vnde ſi venditor pacificatur cū emptore redempti-
onem reddituū nulla mentione heredū facta, poſ-
ſunt nihilominus heredes eius eodem pacto redi-
mere redditus.

Secundo. In hiſ cōtractibus reddituarijs fre-
quenter adijci ſolet hoc pactum cuius iam memi-
nimus, redhibendi, ſeu redimendi, vel (vt vocāt)
retro vendendi, vt liceat venditori aut heredi, vel
ſucceſſori eius, quodocunq; voluerit vel intra cer-
ta tempora ſoluto pretio redditos recipē. Et q̄q̄
nonnulli hinc arguunt contractum iſtū uſurariæ
prauitatis ſuſpectū, errare tamē eos textus pbat,
in. l. Si fundum. C. De pact. inter empt: & vendi:
Si fundum (inquit) parentes tui ea lege vendide-
rūt, vt ſiue ipſi, ſiue heredes eorū emptori p̄tiū qn̄,
cūq; vſ intra certa tpa obtuliſſēt, reſtituerēt, teq;

parato satisfacere conditioni dictę. heres emptoris non paret. vt contractus fides seruetur. actio p̄ scriptis verbis vel ex vendito tibi dabitur zc. Accedit tex: in. l. Si vir vxori. ff. De prescrip: verb. Neq̄ enī redhibitionis seu redemptionis pactum aduersatur contractui emptionis & v̄ditionis. ¶ Quod si nolit. §. Si quid ita venierit. ff. De ediliti: edicti. Si vero (inquit) conuenerit. vt in perpetuū redhibitio fiat. puto hanc conuentionem valere zc. Vnde propter istud pactum duntaxat. nō potest dici emptionem & venditionem reddituum habere quicq̄ commune cum pignoratitio contractu. Quinimo & si nulla lege caueretur. ratione tamē probari posset. redimendi conuentionem & equā & vtilem esse. vt venditoribus redeūte meliore fortuna recuperandę rei spes maneat. quomodo fere in simili argumentatur Imperator in. l. Corruptionem. C. de usufruct. Iuncta. l. Cura extruendi. §. Deficientiū. ff. De muneri: & honori: ¶ Nihil omnino vrgent diuinationes quas nōnulli huc trahunt. videlicet. propter pactum redimendi cōtra hentes potius de pignore q̄ de venditione cogitasse. Nam dic mihi quid adigat alienantes ad istam pignoris cogitationē. quandoquidem (vt probatum est) bono iure licet hoc voto vendere vt quādoq̄ redimas. ¶ Vbi cūq̄ autē dubitatur de intentione contrahentium. ibi standum est his que scripta sunt. ¶ l. i. §. Si his qui nauē. ff. De exercito: actio. In re igitur dubia (inqt) melius est verbis edicti

Seruare zc. Et preterea quod dubium est, in melio-
rem semper partem interpretari oportet. **¶** Quoti-
es in actionibus. ff. de reb: dubi: c. ij. de reg: iur:
¶ Admonendi tamen hic sumus, pactum resol-
uendi contractus de quo nunc loquimur, donan-
dum esse duntaxat venditori, qui magno in hoc be-
nefitio afficitur, tantum abest vt grauamen causa-
ri possit. Ceterum vbi rescissio contractus relinque-
retur vtriq; hoc est, ementi & vendenti, suspican-
dum esset contrahentes pignoratitium potius, q̄
emptionis & venditionis contractum in animo ha-
buisse, mutatis tantum nominibus legem circum-
uenientes, arg: l. Sed Iulianus. §. Mutui datio. ff.
Ad senatus: Macedo: Et. l. Si sponsus. §. Circa ven-
ditionem. ff. De donatio: inte: vir: & vxor: Si modo
(ait) cum animum maritus vendendi non habe-
ret, iccirco venditionem comentus est, vt donaret
zc. Quod verum est si preterea vile & insolitū pre-
tium intercessit. c. Ad nostram. De empti. & ven-
diti: Et persone solite sint vsuras exercere. c. Illo-
in fi: De pigno: vbi interpretes ad hoc alios iuris lo-
cos allegat. **¶** Preterea & hoc sciendum est, q̄
ista conuentio redemptionis non facit contractum
conditionalem neq; temporaneū, sed efficit vt sub
hac conditione, si voluerit venditor, resolui possit
contractus, alioqui sine comuni consensu nunq̄ re-
soluendus. l. iij. ff. De contrahen: emptio: l. Si pre-
dium. C. De edi liti: actioni: Et huius inuestigati-
onis non est modicus effectus. Nam in pura ven-
Cc

ditione emptor fructus & accessiones lucratur, et
inuicem periculum expectat, sed conditionalis vē
ditio non facit fructus ad emptorem pertinere. l.
ij. cum duabus sequen. ff. De in diem adiectio. Sic
& in pignoratitio contractu fructus in sorte sup
putantur, ultra quam quicquid creditor percipit
usura est, vt tractatur in. d. c. Illo. De pignori;

Tertio In huiusmodi reddituum alienationi
bus, adhiberi solent fideiussores qui firmitatē cō
tractus, & iuxta adiectorum pactorum, vna cum
principali contrahente, per stipulationem promit
tunt, priuilegijs fideiussorij renuntiantes. Et au
dio nōnullis videri fideiussionē hoc casu nimiam
securitatem parere, ideoq; reprobādam. Id quod
plane ridiculum est. Nam fideiussores ita obliga
ri nō possunt, vt plus debeant q̄ debet is pro quo
obligantur. §. Fideiussores ita. Instit: De fideiuss:
Quid igit̄ vetat emptorem securuz esse de his que
ex natura contractus permittuntur? Et propterea
omni obligationi, etiam naturali, recte accedit fi
deiussor. §. In omnibus Instit: eo: ti: Adde q̄ ratio
ne euictionis necessaria est cautio, cū ipse principa
lis non satis idoneus est. Nā nō tenet venditor pre
stare cautionem euictionis, nisi id expresse pactus
sit emptor q̄q̄ & sine cautione teneatur vēditor re
euicta actione ex empto. II. Illud querit̄, in princ:
. ff. De euictio: Iunct. l. Non dubitatur. C. eo: tit:
Qz autem ad beneficiorū renūtiationē, cuius pau
lo ante meminimus, attinet, nō est ignorandū, q̄


fideiuffores duo habent priuilegia quibus plerū
q; renuntiare solent. Alterum est epistolę Adria
ni Imperatoris. vt non scđm ius commune insoli
dum sed quisq; pro rata conueniantur. §. Si plu
res Instit: De fideiuffo: l. Inter fideiuffores. ff. Eo:
tit: l. vlti: C. De constit. pecuni: Alterum vero no
uę constitutionis Iustiniani principis. vt ante ex
cussionem debitoris presentis. nō vrgeantur ad so
lutionem Auc: Presente. C. De fideiuffo: Sed vt
hec notissima sunt. ita non omnes intelligūt quo
modo facienda sit renuntiatio vt sit tuta. Nam re
nuntiantis ignorantia quandoq; periculum inge
rit. iuxta. l. Cum Acquiliana: ff. De transacti: cū
dicit. Lites de quibus nō est cogitatum in suo sta
tu retinentur. Et. l. Mater decedens. ff. De inoffit:
testament. Ibi. quam quidē nescit sibi deferri &c.
Vnde consulunt doctores vt fideiuffores priuile
giorum suorum diligenter admoneantur ante re
nuntiationem. precipue illi quibus indulgeri cō
stat ignorantiam iuris. ¶ Verum hic iteruz
suboritur disputatio inter Doctores. an Notario
vel alij asserenti se admonuisse fideiuffores. creda
tur. quasi de proprio facto reddente testimonium
l. Nullus. ff. De testib: Quod tractat copiose Fe
dericus: de Senis in consi: li: cxcj. Itaq; ad omnem
hanc difficultatem excludendam. nullum est pre
sentius remedium. q̄ vt summa horum benefitio
rum instrumento comprehendatur. id qđ paucis
verbis fieri posse. paulo ante ostendimus. Qua
Cc ij

praxi Bartholo: Veronenſis ſemper ſe uſum fuiſſe
dicit & mihi tutiſſima uidetur.


¶ Deniq; & hoc non eſt pretereundum / q̄ ſi in
contractu reddituario adijciantur pacta inualida
non corrumpit / ideo totus contractus / modo is qui
pactus eſt aut heredes vel ſucceſſores ſui / parati
ſint his conuentionibus illegitimis renuntiare / ma
nente principali negotio. Et eſt ratio. Quia id qd̄
utile eſt / non vitiat per inutile. c. Vtile. De reg:
iur: li. vi. Et ibi Dynus tractat. Nec eſt mirum q̄
corrumpente accęſſorio / nonnunq̄ ſubſiſtat principa
le / vt extant argu: in. c. De illis. De deſponſatio:
inpube: c. j. De eo qui dux: in vxor: quam pollu: p
adulteri: ¶ Ex his credo ſatis ſuperq; pro
batum eſſe tres ſpecies emendorum reddituū (nā
de his duntaxat loquimur) ſuperius propoſitas /
omnibus modis licitas eſſe / & in chriſtiana repub
lica ſcđm preſcriptam formam recte frequentari /
& iā longiſſima cōſuetudine probaram eſſe apud
omnes omnium ordinum homines / ſiue eccleſia
ſtici ſiue ciuiles ſint. Nam qd̄ quidam Neoterici
exiſtimant rectius fieri / ſi decima / nona / vel octa
ua pars fructuum venderetur / donaretur / aut quo
uis titulo alienaretur / ipſi ruruſ impugnant cum
alibi docent preſente polıtia haud dubie a deo or
dinata / vtēdum potius eſſe. Quod poſtremum ve
riſſimū puto vt cura & conſuetudine vt nunc ſunt
ſequamur.

Soli Deo Gloria.

De Emptione & venditione reddituū.
Finis. Impressit Francophordie
Ioannes. Hanaw. Anno
M.D.XXV.



De Expositione & venditione reddituum.
Paris. Impediti Francophorice
Joannes Hanaw. Anno
M.D.CXXV.



Index Erratorum.

Char. j. pagi. ij. Harnym / Barnym est scribendū.

Char. iij. pagi. j. Anchariano scribe Ancharano.

Char. eadem: pagi. ij. Prefati sumus / deest verbum
primum.

Char: eadē & pagi: eadē Non dissentit. Deest con
iunctio / et.

Char. iij. pagi. j. Preuentus scribe Prouentus.

Char: eadē pagi. ij. Etate temporis / emptoris.

Char. vj. pagi. ij. Si ablato / restitue / oblato.


Char: eadē & pagi: eadē Qua in re non solum / dif
punge verbum / fit.


Char. viij. pagi. j. Redditos / redditus.

Chart: penulti: pagi. j. Sed quisq; pro rata / Deest
verbum / parte.

Char: eadem pag. ij. Vt cura & consuetudine / scri
be. Vt iura et consuetudinem.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the paper's texture and discoloration.





the scale towards docum

emptione & venditione reddituū.
nis. Impressit Francophordie
Ioannes. Hanaw. Anno
M.D.XXV.

